

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

Oratio XXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)



PROL. FLACCO.

ORATIO XXIV.



VM in maximis periculis huius
vrbs atque imperij, grauissimo at-
que acerbissimo reip. casu, socio,
atque adiutore consiliorum peri-
culorumque meorum, L. Flacco
cadem à vobis coniugibus, liberis
vestris, vastitatem à templis, de-
lubris, vrbe, Italia depellebam, sperabam, iudices,
honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum,
quàm miseriarum deprecatorem. quod enim esset
præmium dignitatis, quod populus R. cum huius ma-
ioribus semper detulisset, huc denegaret cum L. Flac-
cus veterem V aleria gentis in liberanda patria lau-
dem propè quingentesimo anno reip. retulisset, * sed
si forte aliquando aut beneficij huius obirector,
aut virtutis hostis, aut laudis inuidus exitisset: e-
xstimabam L. Flacco multitudinis potius imperi-
ta, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimo-
rum & lectissimorum virorum iudicium esse sub-
eundum. etenim quibus auctoribus, & defensa-
tibus omnium tum salus esset non ciuum solum,
X verùm

ORATIO

verum etiam gentium defensione, ac retenta, neminem
 unquam putavi per eos ipsos periculum huius for-
 unis atque insidias creaturum. quod si esset ali-
 quando futurum, ut aliquis de L. Flacci pernicie
 cogitaret: nunquam tamen existimaui, iudices,
 D. Lelium, optimi viri filium, optima ipsum spe
 preditum, summa dignitatis, eam suscepturum ac-
 cusationem, qua sceleratorum civium potius odio
 & furari, quam ipsius virtuti atque instituta ado-
 lescentia conveniret. etenim cum a clarissimis vi-
 ris iustissimas inimicitias sepe cum bene merito ci-
 vibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus
 quenquam amicum reip. posteaquam L. Flacci a-
 mor in patriam perspectus esset, novas huic inimi-
 citias, nulla accepta iniuria, denunciaturum. ³ sed
 quoniam, iudices, multa nos & in nostris rebus &
 in rep. fefellerunt: ferimus ea, quae sunt ferenda:
 tantum a vobis petimus, ut omnia reip. subsidia,
 totum statum civitatis, omnem memoriam tem-
 porum praeteritorum, salutem praesentium, spem
 reliquorum in vestra potestate, in vestris senten-
 tijs, in hoc vno iudicio positam esse, & desixam
 putetis, si unquam resp. consilium, gravitatem, sa-
 pientiam, providentiam iudicum imploravit: hoc
 tempore, hoc, inquam, tempore implorat. non estis
 de Lydorum, aut Mysorum, aut Phrygum, qui hac
 compulsi concitatiq. venerunt, sed de vestra rep.
 iudicaturi, de civitatis statu, de communi salute,
 de spe bonorum omnium. si qua reliqua est etiam
 nunc

PRO L. FLACCO.

nunc, qua fortium civium mentes, cogitationes-
 que sustentet, omnia alia perfugia bonorum, pra-
 sidia innocentum, subsidia reip. consilia, auxilia,
 iura ceciderunt. * quem enim alium appellem⁴
 quem obtester? quem implorem? senatumne? at is
 ipse auxilium petit à vobis, & confirmationem
 auctoritatis sua vestra potestati permissam esse
 sentit. an equites Romanos? indicabitis principes
 eius ordinis quinquaginta, quid cum omnibus sen-
 seritis. an populum Romanum? at is quidem om-
 nem suam de bonis potestatem tradit vobis. quam
 obrem nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, iu-
 dices, non auctoritatem, qua amissa est, sed salu-
 tem nostram, qua spe exigua extremaque penderet,
 tenuerimus: nihil est praterea, quod confugere
 possimus: nisi forte, qua res hoc iudicio teneatur,
 quid agatur, cui causae fundamenta iaciantur, iu-
 dices, non videris. * damnatus est is, qui Catili-⁵
 nam signa patriae inferentem interemit. quid est
 causa, cur non is, qui Catilinam ex urbe repulit,
 pertimescat? rapitur ad penam, qui indicia com-
 munis exitus cepit: cur sibi confidat is, qui ea profe-
 renda, & patefacienda curavit? socij consiliorum,
 ministri, comitesque vexantur: quid auctores, quid
 duces, quid principes sibi expectent? atque utinam
 inimici nostri, ac bonorum omnium mecum potius
 contendant, utrum tandem omnes boni duces no-
 stri, an comites fuerint ad communem conserva-
 dam salutem.

ORATIO

Desit fortasse quidpiam.

6 ^{* Hunc igitur virum, La-}
 li, quibus tandem rebus oppugnatus fuit P. Ser-
 uilio imperatore in Sicilia tribunus militum. ea res
 fletur. fuit M. Pironi quaestor in Hispania: vox
 de quaestura nulla missa est. bellum Cretense ex ma-
 gna parte gessit, atque vnà cum summo imperato-
 re sustinuit: muta est huius temporis accusatio, pra-
 rura iurisdictionio, res varia, & multiplex ad suspicio-
 nes & similitudines, non attingitur: ea verò in sum-
 mo, & periculossimo reip. tempore, etiam ab ini-
 micis laudatur. at à testibus laeditur. antequam di-
 co, à quibus, qua spe, qua vi, qua re concitatus, qua
 leuitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia
 praeiudicatus, dicam de genere vniuerso, & de condi-
 tione omnium nostrum. ^{* per deos immortales, iu-}
 7 dices, vos, quo modo is, qui anno antè Roma ius di-
 xerat, anno post in Asia ius dixerit, à testibus qua-
 ritus ignotis? ipsi coniectura nihil iudicabitis? in tam
 varia iurisdictionio tam multa decreta, tot homi-
 num gratiosorum lesa voluntates: qua est vnquam
 iacta non suspicio, qua tamen solet esse falsa, sed
 iracundia vox aut doloris? & is est reus auaritia,
 qui in vberrima re turpe compendium, in maledi-
 centissima ciuitate, in suspiciosissimo negotio maledi-
 dictum omne, non modo crimen effugit. praeterea
 illa, qua praetereunda non sunt: nullum huius in pri-
 uatis

PRO L. FLACCO.

uatis rebus factum auarum, nullam in re pecunia-
 ria contentionem, nullam in re familiari sortem
 posse proferri. quibus igitur testibus ego hosce pos-
 sum refutare, nisi vobis? * Timolites ille vicarius, 8
 homo non modò nobis, sed ne inter suos quidem no-
 tus, vos docebit qualis sit L. Flaccus? quem vos
 modestissimum adolescentem: prouincia maxima
 sanctissimum virum: nostri exercitus fortissimum
 militem, diligentissimum ducem, temperatissimus
 legatum questoremque cognouerunt? quem vos
 praesentes constantissimum senatorem, iustissimum
 praeatorem, ac amantissimum reip. ciuem iudica-
 stis. de quibus vos alijs testes esse debetis, de ijs
 ipsi alios testes audietis? * at quos testes? primùm 9
 dicam (id quod est commune) Gracos, non quòd
 nationi huic ego vnus maxtme fidem derogem:
 nam si quis vnquam de nostris hominibus à genere
 isto studio ac voluntate non abhorrens fuit, me
 esse arbitror, & magis etiam tum, cum plus e-
 rat ocij, fuisse: sed sunt in illo numero multi boni,
 docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti
 non sunt: multi imprudentes, illiterati, leues,
 quos varijs de causis video concitatos. verum ta-
 men hoc dico de toto genere Gracorum: tribuo illis
 literas do multarum artium disciplinam: non adimo
 sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi co-
 piam: denique etiam, si qua sibi alia sumunt, non re-
 pugno: testimoniorum religionem & fidem un-
 quam ista natio coluit, totiusque huiusce rei qua
 fit

ORATIO

10 *si vis, qua auctoritas, quod pondus, ignorant. * unde illud est? da mihi testimonium mutuum: num Gal-
lorum, num Hispanorum putatur? totum istud
Græcorum est: ut, etiam qui Græcè nesciunt, hoc
quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. itaque
videte, quo vultu, qua confidentia dicant: tum in-
telligetis, qua religione dicant. nunquam nobis ad
rogatum respondent, semper accusatori plus quam
ad rogatum. nunquam laborant, quemadmodum
prohent quod dicunt, sed quemadmodum se ex-
plicent dicendo. iratus Flacco dixit M. Lurco,
quid, (ut ipse aiebat) libertus erat eius turpi iu-
dicio condemnatus: nihil dixit quod laderet eum,
cum cuperet: impediēbat enim religio, tamen id,
quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pal-
lore dixit? * quam promptus homo P. Septimius
quam iratus de iudicio & de villico? tamen hasti-
bat, tamen eius iracundia religio nonnunquam re-
pugnabat. inimicus M. Cælius, quod cum in re ma-
nifesta putasset nefas esse, publicanum iudicare
contra publicanum, sublatus erat è numero recu-
peratorum, tamen tenuit se, neque attulit in iu-
diciū quicquam ad ladendum, nisi voluntatem. hi si
Græci fuisset, ac nisi nostri mores ac disciplina plus
valerent, quam dolor ac simultas, omnes se spolia-
tos, vexatos, fortunis eversos esse dixissent. Græcus
vestis cum ea voluntate processit, ut ladar, non iuris-
iurandi, sed ladendi verba meditatur. vinci, resel-
li, coargui, putat esse turpissimum: ad id se parat,
nihil*

PRO L. FLACCO.

nihil aliud curat : itaque non optimus quisque , nec
 grauisimus , sed impudentissimus , loquacissimusque
 deligitur . * vos autem in priuatis minimarum re- 12
 rum iudicij : testem diligenter expenditis : etiam si
 formam hominis , si nomen , si tribum nostris , mores
 tamen exquirendos putatis . qui autem dicit testi-
 monium ex nostris hominibus , vt se ipse sustentat , vt
 omnia verba moderatur , vt timeret , ne quid cupidè ,
 ne quid iracundè , ne quid plus minusue , quàm sit
 necesse , dicat , num illos idem putatis quibus iustu-
 randum locus est : testimonium , ludus : existimatio
 vestra , tenebra , laus , merces , gratia , gratulatio pro-
 posita est omnis , in impudenti mendacio . sed non
 dilatabo orationem meam , etenim posset esse infi-
 nita , si mihi libeat totius gentis in testimonij dicen-
 diu explicare vanitatem . sed propius accedam : de
 his vestris testibus dicam . * vehementem accusato- 13
 rem nacti sumus , iudices , & inimicum in omni ge-
 nere odiosum ac molestum : quem spero hi rebus fore
 magno vsui & amicis , & reip. sed certè inflamma-
 tus incredibili cupiditate hanc causam accusatio-
 nemque suscepit , qui comitatus in inquirendo ? comi-
 tatum dico ? imo verò quantus exercitus ? qua iactu-
 ra ? qui sumptus ? quanta largitio ? qua quanquam v-
 silia sunt causa , timidè tamen dico , quòd vereor , ne
 Lælius ex his rebus quas sibi suscepit gloria causa ,
 putet aliquid oratione mea sermonis in sese , aut
 inuidia esse questum . itaque hanc partem totam
 relinquam : tantum à vobis petam , iudices , vt , si quid
 ipsi audistis communi fama atque sermone de vi-

ORATIO

de manu, de armis, de copijs, memineritis, quarum rerum inuidia, lege hac recenti ac noua, certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. * Sed, ut hanc vim onittam, quanta illa sunt? qua quoniam accusatorio iure & more sunt facta, reprehendere non possumus, queri tamen cogimur: primum, quod distributis partibus, sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, quod L. Flacco est vehementer inimicus, contendisse à Lelio, paterno amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arceseret, omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes, ad hoc negotium consociendum detulisse, id hoc verisimilius Gracii hominibus videbatur, quod pauld antè familiaritatem Lelium in eadem prouincia Flacco viderant. Pompeij autem auctoritas cum apud omnes tanta est, quanta esse debet, tum excellit in ista prouincia, quam nuper & prædonum & regum bello liberauit, adiunxit illa, ut eos, qui domo exire volebant, testimonij denunciatione terreret: qui domi stare non poterant, largo & liberali viatico commoueret. * si adolescens ingenij plenus, locupletes metu, tenues premio, stultos errore permouit: sic sunt expressa ista præclara, qua recitantur, psephismata, non sententijs neque auctoritatibus declarata, nec iure iurando constricta, sed porrigenda manu, profundendog, clamore multitudinis concitata. O morem præclarum disciplinamque, quam à maioribus accepimus. si quidem tene remus, sed nescio quo pacto am de manibus elabitur. nullam illi nostri sapientissimi, & sanctissimi viri vim concionis esse voluerunt.

PRO L. FLACCO.

quunt. qua scisceret plebs, aut qua populus iuberet
 sumnota concione, distributis partibus tributim, &
 centuriatim, descriptis ordinibus, classibus, etatibus,
 auditis auctoribus, re multis dies promulgata, &
 cognita, iuberi, vetariq; voluerunt. * Græcorum au- 16
 tem tota resp. sedentis concionis temeritate admini-
 strantur. itaque vt hanc Græciam, qua tandiu suis
 consilijs percussa & afflicta est, omittam: illa ve-
 tus, qua quondam opibus, imperio, gloria floruit: hoc
 vno malo concidit, libertate immoderata, ac licen-
 tia concionum. cum in theatro imperiti homines, re-
 rum omnium rudes ignarique considerant, tum bella
 inutilia suscipiebant, tum seditiosos homines reip.
 proficiebāt, tum optimè meritos ciues è ciuitate ey-
 ciebant. * quidd si hæc Athenis tum, cum illi non so- 17
 lum in Græcia, sed propè cunctis gentibus eminebant,
 accidere sunt solita: quam moderationem putatis in
 Phrygia aut in Mysia concionum fuisse? nostras con-
 ciones illarum nationum homines plerunque pertur-
 bant: quid, cum soli sunt ipsi, tandem fieri putatis?
 casus est virgu Cynicus ille Athenagoras, qui in fa-
 me frumentum exportare erat ausus: data concio
 Lelio est: processit ille, & Græcus apud Græcos non de
 culpa sua dixit, sed de pœna questus est. porrexerunt
 manus, psephisina natum est. hoc testimonium est?
 nuper epulati, pauld antè omni largitione saturati
 Pergameni, quod Mithridates, qui multitudinè illam
 non auctoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit, id
 sutores & zonarij conclamarunt. hoc testimonium
 est ciuitati? ego testes à Cilicia publicè duxi:

ORATIO

18 Verum erant testimonia non concitata concionis,
 sed iurati senatus. * quare iam nō est mihi contentio
 cum teste: vobis videndum est, sint ne has testimonia
 putanda, adolescens bonus, honesto loco natus, diser-
 tus, cum maximo ornatissimoque comitatu venit
 in oppidum Græcorum: postulat concionem, locu-
 pletes homines & graues, ne sibi aduersentur, testi-
 monij denunciatōne deterret: egentes & leues spe
 largitionis & viatico publico, priuata etiam be-
 nignitate prolecat: opifices & tabernarios, atque
 illam omnem fecem ciuium atum, quid est negotij con-
 citare? in eum præsertim, qui nuper summo cum im-
 perio fuerit, summo autem in amore esse, propter
 19 nomen ipsum imperij non potuerit? * mirandum
 vero est homines eos, quibus odio sunt nostra secures
 nomen acerbitati, scriptura decumæ, portorium mor-
 ti, libenter arripere facultatem ladendi, quacunque
 detur. mementote igitur, cum audietis psephismata,
 non audire vos testimonia, audire temeritatem vul-
 gi, audire vocem leuissimi cuiusque, audire strepitum
 imperitorum, audire concionem concitatam leuissi-
 ma nationis. itaque perscrutamini penitus naturam
 rationemque criminum: iam nihil præter speciem, ni-
 bil præter terrorem ac minas reperietis.

Deesse videntur nonnulla.

20 ^{*} At in ærario nihil
 habent ciuitates, nihil in vectigalibus, duæ rationes
 conficienda pecunia: aut versura, aut tributo, nec ta-
 bula

PRO L. FLACCO.

bula creditoris proferuntur, nec tributis confectio vlla
 recitatur quàm verò facile falsas rationes inferre &
 in tabulas, quodcunque commodum est, referre sole-
 ant, ex Cn. Pompey literis ad Hypsaum, & Hypsai
 ad Pompeum missis, quæsa cognoscite. LITERAE
 POMPEII ET HYPSAEI. satisne vobis caarguere
 his auctoribus dissolutam Graecorum consuetudinem
 licentiamque impudentem videmur? nisi fortè, Cn.
 Pom. qui presentem, qui nullo impellente fallabant,
 eos urgente Lelio in absentem, & in L. Flaccum aut
 timidus fuisse, aut religiosos putamus. * sed fuerint
 incorruppta litera domi: nunc verò quam habere
 auctoritatem, aut quam fidem possum? triduo lex
 ad praetorem deferri, iudicum signis obsignari iubet,
 trigesimo die vix referuntur, ne corrumpi tabula fa-
 cile possint, iccirco lex obsignatas in publico poni vo-
 luit: at obsignantur corrupta: quid refert igitur,
 tantò potest ad iudices deferantur an omnino non de-
 ferantur? quid, si testium studium cum accusatore
 sociatum est? tamen ne isti testes habebuntur? ubi
 est igitur illa expectatio, qua versari in iudicijs so-
 let? nam antea, cum dixerat accusator acriter &
 vehementer, cumq; defensor suppliciter demissèq; re-
 sponderet: tertius ille erat expectatus locus testium:
 qui aut sine vilo studio dicebant, aut cum dissimula-
 tione aliqua cupiditatis. * hoc verò quid est? vnà se-
 dent, ex accusatorum subsellijs surgunt, nõ dissimulant,
 non verentur, de subsellijs queror? vna ex domo pro-
 deunt: si verò titubarint, quo reuertantur, non ha-
 bebunt. an quisquam esse testis potest, quem accu-
 sa-

21

22

ORATIO

sator sine cura interroget, ne sibi aliquid, quod ipse nolit, respondeat? ubi est igitur illa laus orationis, quo vel in accusatore antea, vel in patrone spectari solebat? bene testem interrogavit: calidè accessit: reprehendit: quod voluit, abduxit: conuicit, & elinguem reddidit. * quid tu istum roges, Leli, qui priusquam hoc, te rogo, dixeris, plura etiam effundet, quàm tu ei domi antè præscripseris? quid ego autem defensor rogem? nam aut oratio testum refelli solet, aut vita ladi, qua disputatione orationem refellam, eius qui dicit, dedimus, nihil amplius? in hominem dicendum est igitur, cum oratio argumentationem non habet, quid dicam in ignotum? querendum est ergo, & deplorandum, id quod iam dudum facio, de omni accusationis iniquitate, primùm de communi genere testium: dicit enim natio minimè in testimonijs dicendis religiosa. propius accedo: nego esse ista testimonia, quæ tu ipse psephismata appellas: sed & fremitus egentium, & motum quendam temerarium Gracula concionis intrabo etiam magis: qui gessit, non adest: qui numerasse dicitur, non est deductus: priuata litera nulla proferuntur, publica retentæ sunt in accusatorum potestate: summa est in testibus: hi viuunt cum inimicis, adsunt cum aduersarijs, habitant cum accusatoribus.

24 * vtrum hic tandem disceptatione & cognitione veritatis, an innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis? multa enim sunt eiusmodi, iudices, vt etiam si in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tamen in imitatione atque in exemplo pertimes-

PRO L. FLACCO.

mescenda videantur, si quem infimo loco natum
 nullo splendore vita, nulla commendatione fama
 defenderem, tamen cuius ciuem à ciuibus communis
 humanitatis iure, ac misericordia deprecarer, ne ig-
 notis testibus, ne incitatus, ne accusatoris confessoribus,
 conuictis, contubernalibus, ne hominibus leuitate
 Græcis, crudelitate barbaris, ciuem ac supplicem
 vestrum dederitis, ne periculosam imitationem ex-
 emplis reliquis in posterum proderetis. * sed cum L. 25
 Flacci res agatur, cuius ex familia qui primus con-
 sul factus est, primus in hac ciuitate consul fuit: cuius
 virtute regibus exterminatis, libertas in rep con-
 stituta est: qua vsque ad hoc tempus honoribus, im-
 perio, rerum gestarum gloria, continuata perman-
 sit: cumque ab hac perenni, contestataq, virtute ma-
 iorum, non modò non degenerarit L. Flaccus, sed
 id, quòd maximè florere in generis sui gloria vide-
 rat, laudem patriæ in libertatem vindicanda præ-
 tor adamauerit: in hoc ego reo, ne quod pernicio-
 sum exemplum prodatur, pertimescam? in quo, et-
 iam si quid errasset, omnes boni conuiuendum esse
 arbitrarentur? * quod quidem ego non modò non
 postulo, sed contrà, iudices, vos oro & obtestor, vt to- 26
 tam causam quam maximè intentis oculis (vt a-
 iunt) acerrimè contemplemini. nihil religione te-
 statum, nihil veritate fundatum, nihil dolore ex-
 pressum: contraque omnia corrupta libidine, iracun-
 dia, studio, pretio, periurio reperientur. * etenim iã 27
 vniuersa istorum cognita cupiditate, accedam ad
 singulas querelas criminationesque Græcorum. Clas-
 sis no-

ORATIO

sis nomine pecuniam ciuitatibus imperatam quæ-
 runtur. quod nos factum, iudices, confitemur: sed si
 hoc crimen est, aut in eo est, quiddam non licuerit impe-
 rare: aut in eo, quod non opus fuerit nauibus: aut in
 eo, quiddam nulla hoc prætorum classe nauigari. licuisse
 ut intelligas, cognosce quid me consule senatus de-
 creuerit, cum quidem nihil à superioribus continuo-
 rum annorum decretum decesserit. SENATUS
 CONSULTVM. proximum est ergo, ut opus
 fuerit classe necne, queramus, vtrum igitur, hoc
 Greci statuent, aut vlla exterarum nationes, an vestri
 prætores, vestri duces, vestri imperatores? equidem
 existimo, in eiusmodi regione atque prouincia, qua
 mari cunctis portibus distincta, insulis circumdata
 esset, non solum præsidij, sed etiam ornandi impe-
 rij causa nauigandum fuisse. * hæc enim ratio, ac
 magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut
 cum in priuatis rebus, suisque sumptibus minimo
 contenti, tenuissimo cultu viuerent, in imperio at-
 que in publica dignitate omnia ad gloriam splen-
 doremque reuocarent. queritur enim in re domestica
 continentia laus, in publica dignitatis. quid, si et-
 iam præsidij causa classem habuit? quis erit tam ini-
 quus, qui reprehendat? nulli erant prædones: quid?
 nullos fore, quis præstare poterat? minus, inquit,
 39 gloriam Pompeij: imò tu auges molestiam. * ille e-
 nim classes prædonum, vires, portus, receptacula su-
 stulit: pacem maritimam summa virtute atque in-
 credibili celeritate confecit: illud verò neque susce-
 pit, neque suscipere debuit, ut si qua vsquam nauicula
 præ-

PRO L. FLACCO.

Prædonum apparuisset, accusandus videretur, itaque
 ipse in Asia, cum omnia iam bella terra marique con-
 fecisset, classem tamen ipsam ipsi civitatibus impe-
 ravit. quod si tum statuit opus esse, cum ipsius præ-
 sentis nomine tuta omnia & pacata esse poterant:
 quid, cum ille decessisset. Flacco existimatis statuen-
 dum & faciendum fuisse? * quid nos hic? nonne ipso 30
 Pompeio auctore, Silano & Muræna cos. decrevi-
 mus, ut classis in Italiam nauigaret? nonne eo ipso
 tempore, cum L. Flaccus in Asia remiges imperabat,
 nos hic in mare superum & inferum sestertium ter
 & quadriges erogabamus? quid postremo anno?
 nonne M. Curio & P. Sestilio quæstoribus pecunia
 in classem est erogata? quid? hoc omni tempore e-
 quites in ora maritima non fuerunt? illa est enim
 gloria diuina Pompeij: primum prædones eos, qui
 tum, cum illi bellum maritimum gerendum da-
 tum est, toto mari dispersi vagabantur, redactos esse
 omnes in potestatem, deinde Syriam esse nostram,
 Ciliciam teneri, Cyprum per Ptolemaum regem
 nihil audere: præterea, Cretam Metelli virtute esse
 nostram: nihil esse, vnde profisciscantur, nihil quod
 reuertantur: omnes sinus, promontoria, littora, 31
 insulas, vrbes maritimas: claustris imperij nostri
 contineri. * quod si, Flacco prætore, nemo in mari
 prado fuisset, tamen huius diligentia reprehendenda
 non esset. iccirco enim, quod hic classem habuisset,
 existimarem non fuisse. quid, si L. Oppij, L. Agrij, C.
 Cestij equitum R. huius etiam clarissimi viri Cn.
 Domitij, qui in Asia tum legatus fuit, testimonio do-
 ceo,

ORATIO

ceo, eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, complures à pradonibus esse captos? tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehenderetur? quid, si etiam occisus est à piratis Adramitenus, homo nobilis, cuius est ferè nobis omnibus nomen auditum: Acinas pugil Olympionices? hoc est apud Græcos (quoniam de eorum grauitate dicimus) propè maius & gloriosius, quam Romæ triumphasse, at neminem cepisti, quàm multi ora maritimæ clarissimi viri profuerunt, qui, cum pradonem nullum cepissent, mare tamen tutum praestiterunt? casus est enim in capiendò, locus, euentus, occasio: defendendi facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione, & conuersione. * Reliquum est, ut queratur, vtrum nostra ista clasfis cursu & remis, an sumptu tantum & literis nauigauerit. num igitur negari potest, cuius rei cuncta testis est Asia, bipartitò classem distributam fuisse, vt vna pars supra Ephesum, altera infra Ephesum nauigaret? hac classe M. Crassus, vir amplissimus, ab Hæmo in Asiam, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. in quo igitur pratoris est diligentia requirenda? in numero nauium & in descriptione aquabili sumptus: dimidium eius quo Pompeius erat vsus imperauit: num potius parcius? descripsit autem pecuniam ad Pompeij rationem, qua fuit accommodata L. Sylla descriptioni: qui cum omnes Asia ciuitates proportionem in prouinciis descripsisset: illam rationem in imperando sumptu & Pompeius, & Flac-

cus

PRO L. FLACCO.

eius secutus est: neque est adhuc tamen ea summa
 completa, non refert verò. * quid lucretur? cum 33
 enim genus imperata pecunia suscipit, id quod tu
 crimen esse vis, confitetur. qui igitur probari po-
 test, in ea pecunia non referenda, crimen sibi ip-
 sum facere, in qua crimen esset nullum; si refer-
 ret? at enim negas fratrem meum, qui L. Flacco
 successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse.
 equidem Q. fratris mei laude delector: sed alijs
 magis grauioribus, atque maioribus. aliud quid-
 dam statuit, aliud vidit, existimauit, quocunque
 tempore auditum quid esset de pradonibus; quam
 vellent subito, se classem comparaturum. denique
 hoc primus frater meus in Asia fecit, vt hoc sumptu
 remigum ciuitates leuaret: crimen autem tum vi-
 deri solet, cum aliquis sumptus instituit eos, quos
 antea non erant instituti, non cum successor ali-
 quid immutat de institutis priorum. Flaccus, quid
 alij postea facturi essent, scire non poterat: quid 34
 fecissent, videbat. * sed quoniam de communi to-
 tius Asia crimine dictum est, aggrediar iam ad sin-
 gulas ciuitates: ex quibus sit sane nobis prima ci-
 uitas AEmonensis. Citat praeco voce maxima lega-
 tos AEmonenses. procedit vnus Asclepiades. pro-
 deant. etiamne praconem mentiri coegisti? est e-
 nim credo, is vir iste, vt ciuitatis nomen sua au-
 thoritate sustineat: damnatus turpissimis iudicij
 domi, notatus literis publicis: cuius de probis, ad-
 ulterijs, ac stupris extant AEmonensium literae:

T

quas

ORATIO

quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscenitatem verborum praterendas puto. dixit publice data drachmarum CC. & V I. millia. dixit tantum: nihil ostendit, nihil protulit. sed adiunxit id, quod certe, quoniam erat domesticum, docere debuit: se privatim drachmas CCV I. dedisse: quantum sibi ablatum homo impudentissimus dicit, tantum nunquam est ausus, ut haberet optare, * ab A. Sestilio dicit se dedisse, & à suis fratribus, potuit dare Sestilius: nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. audiamus igitur Sestilium: fratres denique ipsi prodeant quam volent impudenter, mentiantur, & quod nunquam habuerint, dedisse se dicant, tamen aliquid fortasse coram producti dicent, in quo reprehendantur. non deduxi, inquit, Sestilium. cedo tabulas: non deportavi. fratres saltem exhibe: non denunciaui. quod ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudentia atque audacia fretus, sine tabulis, sine auctore legerit, id nos quasi crimen aut

35 testimonium pertimescimus? * idem laudationem, quam nos ab Aemonensibus Flacco datam proferrebamus, falsam esse dicebat. cuius quidem laudationis iactura exoptanda nobis fuit. nam ut signum publicum inspexit praclarus iste auctor suae civitatis, solere suos ciues, ceterosque Gracos ex tempore, quod opus sit, obsignare dixit. tu vero tibi habeto istam laudationem: nec enim Aemonensium testimonio

Flacci

PRO L. FLACCO.

Flacci vita, & dignitas nititur. das enim mihi
 quod hac causa maxime postulat, nullam gravita-
 tem, nullam constantiam, nullum firmum in Græcis
 hominibus consilium, nullam denique esse testimonij
 fidem: nisi verò hæc ista formula testimonij,
 atque orationis tua describi ac distingui potest, ut
 Flacco absenti, aliquid civitates tribuisse dicantur:
 Latio presenti, per se agenti, ut legum, iure ac-
 cusationis, opibus præerea suis terrent ac minan-
 ti, nihil temporis causa scripsisse, aut obignesse
 videantur. * equidem in minimis rebus sæpe res
 magnas vidi, iudices, deprehendi ac teneri, ut in
 hoc Asclepiade. Hac qua est à nobis prolata, lau-
 datio, ob signata erat creta illa Asiatica, quæ ferè
 est omnibus nota nobis: qua utimur omnes non
 modò in publicis, sed etiam in privatis literis,
 quas quotidie videmus mitti à publicanis sæpe v-
 nicuique nostrum. neque enim testis ipse signo in-
 specto falsum nos preferre dixit, sed leuitatem
 totius Asia prorulit, de qua & nos libenter, & fa-
 cile concedimus. nostra igitur laudatio, quam il-
 le temporis causa nobis datam dicit, datam quidem
 confitetur; consignata creta est: in illo autem te-
 stimonio; quod accusatori dicitur datum, ceram
 esse videmus. * hic ego, iudices, si vos AEmonensium
 decretum; si ceterorum Phrygum literis permoveri
 putare, vo. i ferarere, & quantum maxime possem, cõ-
 tenderem, testarer publicanos, excitarem negotiato-

ORATIO.

res, vestram etiam conscientiam implorarem: cerâ
deprebensa, considerem totius testimonij fictam au-
daciâ manifestò comprehensam, atque oppres-
sam teneri. nunc verò non insultabo vehementius,
nec volitabo in hoc insolentius, neque istum nuga-
torem, tanquam in aliquem testem inuehâr, ne-
que in toto AEmonenfium testimonio, siue hic confi-
dum est, vt apparet, siue missum domo est, vt dicitur,
commouebor. etenim quibus ego istam lauda-
tionem remittam, quoniam sunt (vt Asclepiades
dicit) leues, horum testimonium non pertimescam.

- 39 * Vewo nunc ad Dorylensium testimonium: qui pro-
ducti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse di-
xerunt. ô pastores, nescio quos cupidos litera-
rum: siquidem nihil istis præter literas abstulerunt.
sed aliud esse causa suspicamur, ne forte
isti parum verfuti esse videantur. pœna est, vt opi-
nor, Dorylensium grauior, quàm apud alios, falsarum
& corruptarum literarum, si veras protulif-
sent, criminis nihil erat si falsas, erat pœna; bellif-
simum putarunt dicere amiffas
- 40 * quiescant igitur,
& me hoc in lucro ponere, atque aliud agere pati-
entur non sinunt: supplet enim ille nescio quis, & pri-
uatim dicit se dedisse. hoc verò ferri nullo modo po-
test, qui de tabulis publicis recitat, q̄s; qua in ac-
cusatoris potestate fuerunt, non debet habere au-
thoritatem, sed tamen iudiciũ fieri videtur, cum ta-
bula illa ipsa, cuiusque modi sunt, proferuntur, cum
verò, is quem nemo vestrũ vidit vngam, nemo, qui

PRO L. FLACCO.

mortalis esset, audiuit. tantum dicit, Dedi, dubita-
 bitis iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobi-
 lissimum ciuem vindicetis? atque huic eidem nuper
 tres equites R. honesti, & graues, cum in caussa li-
 berali eum, qui aserebatur, cognatum suum esse di-
 ceret, non crediderunt, qui hoc euemir, vt qui locu-
 ples, testis doloris, & sanguinis sui non fuerit, idem
 sit grauis auctor iniuria publica? * atque hic Do- 41
 rilensis nuper cum efferretur magna frequentia,
 consessuque vestro, mortu illius nuidiam in L. Elac-
 cum Lolius conferebat. facis iniuste, Leli, si putas
 periculo nostro viuere tuos contubernales: praefer-
 tim quod tua negligentia factum arbitremur.
 homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam
 vidisset, fiscinam ficorum obiecisti: cuius mors te
 ex aliqua parte releuauit: edacem enim hospite-
 tem amissisti: Flacco vero quid profuit: qui valuit
 tamdiu, dum huc prodiret? mortuus est aculeo
 iam dimisso ac dicto testimonio? at istud colu-
 men actionis tuae Mithridates, postea quam bidu-
 um retentus testis a nobis, effudit, quae voluit, om-
 nia reprehensus, conuictus, fractusque discessit: am-
 bulat cum lorica: metuit homo doctus & sapiens,
 ne L. Flaccus nunc scelere se alliget, cum iam te-
 stem illum effugere non possit: vt, qui ante dictum
 testimonium sibi temperauit, cum tamen aliquid af-
 sequi posset: is nunc id agat, vt ad falsum auaritia
 testimonium verum etiam maleficij crimen adiun-
 gat. sed de hoc teste, totoque Mithridarico disse-
 ruit

ORATIO

42 ruit & subtiliter & copiose Q. Hortensius, nos, vt
 institutum ad reliqua pergamus. * Caput est om-
 nium Græcorum concitatorum, qui cum accusa-
 toribus sedet, Heracles ille Tennesis, homo in-
 eptus & loquax, sed (vt sibi videtur) ita doctus, vt
 etiam magistrum aliorum se esse dicat: & qui ita
 fit ambitiosus, vt omnes vos, nosque quotidie per-
 salutet. Tenni vsque ad illam ætatem in senatum
 venire non potuit: & qui se artem dicendi tradi-
 turum etiam ceteris proficatur, ipse omnibus tur-
 43 pifimis iudicijs conuictus est. * pari felicitate vna
 legatus venit Nicomedes: qui neque in senatum
 vlla conditione peruenire potuit, & furti, & pro-
 socio damnatus est. nam princeps legationis Lysa-
 nias, adeptus est ordinem senatorium: sed cum
 vempub. nimium amplecteretur, peculatus dam-
 natus, & bona, & senatorium nomen amisit. hi
 tres etiã ararj nostri tabulas falsas esse voluerunt:
 nam seruos nouem se professi sunt habere, cum om-
 nino sine comite venissent: decreto scribendo pri-
 mum video affuisse Lysaniam, cuius fratris bona,
 quodd is populo non soluebat, prætor Flacco publica
 venierunt. præterea Philippus, est Lysania gener &
 Hermobius, cuius frater Poles item pecunia publi-
 ca est condemnatus. dicunt se Flacco, & ijs, qui
 44 simul essent drachmarum XV. millia dedisse. *
 cum ciuitate mihi res est acerrima, & conscien-
 tissima literarum: in qua nummus moueri nullus po-
 test sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus,
 qua-

PRO L. FLACCO

quattuor mensarijs, qui apud illos à populo creantur. ex hoc tanto numero deductus est nemo: & cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, maiorem etiam aliam, cum huic idem darent, in eadem sacrum reficiendam, se perscripisse dicunt. quod minime conuenit: nam aut omnia occulte referenda fuerunt, aut aperte omnia sum perscribunt nominatim Flacco, nihil timent, nihil verentur: cum operi publico referunt, ijdem homines subito eundem, quem contempserant, pertimescunt. si prator dedit. ut est scriptum, à quaestore, numerauit: quaestor à mensa publica, mensa aut ex vectigali, aut tributo. nunquam erit istud simile criminis nisi mihi totam rationem, omni & personarum genere & literarum explicari. * vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis, amplissimis vsos honoribus, hoc pratore circumuentos, cur hi neque in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidem. vtrum enim in clarissimis est ciuib. is, quem iudicatum hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit à suis ciuib. sed vsq. à Tymolo petiuit: cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vnquam? res autem ea, qua tenuissimis committebatur, huic vni in vita commissa sola est? custos T. Aufidio pratore frumento publico est positus: pro quo cum à P. Varino pratore pecuniam accepisset, celauit suos ciues, vltroque ijs sumptum intulit, quod posteaquam Tenni literis à P. Varino missis cognitum atque pare-

43

14 fa-

ORATIO

factum est, cum eadem de re Cn. Lentulus, qui cen-
 sor fuit, Tennitarum patronus literas misisset: He-
 46 racleitum istum Tenni nemo postea vidit: * atque ut
 eius impudentiam perspiciere positis, causam ipsam
 qua leuissimi hominis animum in Flaccum incita-
 uit, quaso, cognoscite. Fundum Cymam Roma mer-
 catatus est de pupilli Meculonio. cum verbu se locu-
 pletem faceret, haberet nihil prater illam impude-
 tiam quam videtis: pecuniam sumpsit mutua[m] à
 Sex. Schola, iudice, hoc nostro primario viro, qui &
 rem agnoscit, neg, hominem ignorat: qui tamen cre-
 didit P. Fuluij Veratij lectissimi hominis fidei. ei,
 cum solueret, sumpsi i à C. & M. Fusiequitibus R.
 primarijs viris, hic hercule cornici oculum, vt dici-
 tur: nam hunc Hermippum hominem eruditum, ci-
 uem suu cui debebat esse notissimus, percussit: eim e-
 nim fide sumpsit à Fusis. securus Hermippus Ten-
 num proficiscitur, cum iste sese pecuniam, quam hu-
 ius fide sumpserat à discipulis suis diceret Fusis per-
 soluturum: habebat enim rhetor iste adolescentes
 quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultio-
 res, quam acceperat, vt nihil possent discere nisi i-
 47 gnorantiam literarum. * neminem quidem adeo
 infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. i-
 tag, cum Roma clam esset profectus, multosque mi-
 nutis mutationibus fraudauisset, in Asiam venit,
 Hermippoz percontanti de nomine Fusiano, respon-
 det, se omnem pecuniam Fusis per soluisse. interim,
 neg, ita longo interuallo liberus à Fusis cum literis
 ad Hermippum venit. pecunia petitur ab Hermippo,
 Her-

PRO L. FLACCO.

Hermippus ab Heraclito petit: ipse tamen Fufius factus
 absenti bus, & fidem suam liberat. hunc
 astuantem & tergiverfantem, iudicio ille persequitur:
 à recuperatoribus causa cognoscitur. * nolite
 existimare, iudices, non vnam eandem omnibus
 in locis esse fraudatorum, & inficiatorum impu-
 dentiam: fecit eadem omnia, qua nostri debitores
 solent: negavit sese omnino vsuram ullam fecisse
 Roma: Fufiorum se affirmavit nunquam omnino
 nomen audisse: Hermippum verò ipsum, pudentissi-
 mum atque optimum virum, veterem amicum, et-
 que hospitem meum splendidissimum, atque ornatissi-
 mum civitatis suae, probris omnibus maledictisque
 vexavit. sed cum se homo volubilis, quadam prae-
 cipi celeritate dicendi, in illa oratione iactaret, re-
 pentè testimonijs Fufiorum nominibusque recitatus,
 homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmu-
 tuit: itaque recuperatores contra istum, rem mini-
 mè dubiam prima actione iudicaverunt. cum iu-
 dicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc
 ductus est. Habetis & honestatem hominis, & au-
 thoritatè testimonijs, & causam omnem simultatis.
 * Atque is ab Hermippo missus, cum ei pauca man-
 cipiã vèdidisset, Romã se contulit: deinde in Asiã re-
 dijt, cum iam frater meus Flacco successisset: ad què
 redijt, causamq; ita detulit, recuperatores vi Flacci
 coactos & metu falsũ inuitos indicavisse, frater me-
 us pro sua aequitate prudentiaq; decrevit, vt, si iudi-
 catũ negaret, in duplũ iret: si metus coactos diceret,
 haberet eosdẽ recuperatores, recusavit, & quasi ni-
 hil esset

48

49

X 3

ORATIO

esset actum, nihil iudicatum, ab Hermippo ibidem
 mancipia, quae ipse ei vendiderat, petere cepit
 M. Gratius legatus ad quem est aditum, actionem
 se daturum negavit: re iudicata stari ostendit pla-
 30 cere * iterum iste, cui nullus esset vsquam consistendi
 locus, Ramam se retulit: persequitur Hermippus, qui
 nunquam istius impudentiae cessit: petit Heraclides
 à C. Plotio senatore, viro primario, qui legatus in
 Asia fuerat, mancipia quodam, quae se, cum iudica-
 tum esset, per vim vendidisse dicebat. Q. Naso, vir
 ornatissimus, qui praetor fuerat, iudex sumitur, qui
 cum sententiam secundum Plotium se dicturum
 ostenderet, & ab eo iudice abiret, quod iudicium lego
 non erat, causam totam reliquit. satisne nobis iu-
 dices videor ad singulos testes accedere, neq. ut pri-
 mo constitueram tantummodo cum vniuerso gene-
 31 re consilire? Venio ad Lysaniam eiusdem ciuitatis,
 peculiarem tuum Deciane testem: quem tu cum iu-
 phebum Tenni cognosces: quoniam te nudus delecta-
 rat, semper nudum esse voluisti. abduxisti Tenno A-
 pollonidem: pecuniam adolescentulo grandi fo-
 uore fiducia tamen accepta, occupauisti: hanc fidu-
 ciam commissam tibi tenes hodie ac possides. eum
 tu testem, spe recuperandi fundi paterni, venire
 ad testimonium dicendum, coegisti: qui quoniam
 testimonium nondum dixit, quidnam sit dicturus
 expecto. noui genus hominum, noui consuetudinem,
 noui libidinem. itaque etsi teneo, quid sit dicere pa-
 ratus, nihil tamen contra disputabo prius, quam
 dixeris: totum enim conuerteret, atque alia fingeret.
 quam

PRO L. FLACCO.

quamobrem & ille seruet, quod parauit, & ego me
 ad id, quod attulerit integrum conseruabo. * Venio
 nunc ad eam ciuitatem, in quam ego multa & ma- 52
 gna officia contuli, & quam meus frater in pri-
 mus colit atque diligit, quos si ciuitas, per viros bonos
 grauesque homines querelas ad vos detulisset, pauld
 commouerer magis nunc verò quid puten? Trallia-
 nos Meandrio causam commississe, homini egentis,
 fordido, sine honore, sine existimatione, sine cense? ubi
 erant illi Pythodorus & Lepison? ceteri homines ap-
 pud nos noti, inter suos nobiles? ubi illa magnifica &
 gloriosa ostentatio ciuitatis? nõune esset pudicum, si
 hanc causam agerem seuerè, non modò legatum, sed
 Trallianum omnino dici Meandrium? huic tali le-
 gato, huic publico testi, patronum suum, iam inde
 à patre atque maioribus, L. Flaccum mactandum,
 ciuitatis testimonio tradidisti? non est ita iudices, 53
 non est profectò. vidi ego in quodam iudicio nuper
 Philodorum testem Trallianum. vidi Parrhasium,
 vidi Archidemum, cum quidem idem hic mihi Me-
 andrius quasi ministrator aderet, subiciens, quid
 in suos ciues, ciuitatemque si vellem, dicerem: nihil
 enim illo homine leuius, nihil egentius, nihil iniqui-
 natius. quare si hunc habent auctorem Trallianis
 doloris sui, si hunc custodè literarũ hunc testè inu-
 ria, si hunc auctorem querelarum, remittant spiri-
 tus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam,
 fateantur in Meandrii persona esse expressam faci-
 em ciuitatis: sinistum semper illi ipsi domi pro-
 zerendum esse, & conculcandum putauerunt,
 des-

ORATIO

desinant putare auctoritatem esse in eo testimonio,
 cuius auctor inuentus est nemo. * sed exponam quid
 in re sit, ut quamobrem ista ciuitas, neque seuerè Flac-
 cum oppugnauerit, neque benignè defenderit, scire pos-
 sit. Erat ei Castriciano nomine irata, de quo toto
 respondit Hortensius: inuita soluerat Castricio pec-
 uniam iam diu debitam: hinc totum odium, hinc
 omnis offensus, quò cum venisset Lelius ad iratos, &
 illud Castricianum vulnus dicendo refricasset, si-
 luerunt, neque in illa concione adfuerunt, neque ipse
 decreti ac testimonij auctores esse voluerunt. vsq; ad
 orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps
 principum esset Meandrius: cuius lingua, quasi fla-
 bello seditionis, illa tum est egentium concio venti-
 lata. * itaq; ciuitatis pudens, ut ego semper existi-
 maui, & grauis, ut ipsi existimari volunt, istum do-
 lorem querelasq; cognoscite. Quae pecunia fuerit a-
 pud se, Flacci patris nomine collata à ciuitatibus,
 hanc à se esse ablatam queruntur, alio loco queram,
 quid licuerit Flacco, nunc tantùm à Trallianis re-
 quiro, quàm pecuniam à se ablatam queruntur, su-
 am ne dicant, sibi à ciuitatibus collatam in usum su-
 um? cupio audire, non, inquit, dicimus, quid igitur?
 delatam ad nos, creditam nobis L. Flacci patris no-
 mine ad eius dies festos atq; ludos, quid tum? hacten-
 inquit, capere non licuit. * iam id videro: sed primùm
 illud tenebo, queritur grauis, locuples, ornata ciui-
 tas, quòd non retinet alienum: spoliata se dicit,
 quòd id non habet, quòd eius non fuit, quid hoc im-
 pudens dici, aut fingi potest? delectum est oppidum
 quo

quoniam
 L. Flac-
 Lacin-
 mino p-
 missi ser-
 im, quod
 impudent-
 odem iur-
 finis, non
 concitatio-
 cor dem-
 tas prop-
 leat ora
 ciuitate
 magistr-
 nium, ca-
 temerita-
 quantos
 vos fieri
 forte h-
 epistola
 micit-
 siq; h-
 monio
 suis me-
 nomina
 hoies h-
 fles pe-
 filijs p-
 istud

PRO L. FLACCO.

quo in oppido vno, pecunia à tota Asia ad honores
 L. Flacci poneretur. hac pecunia ab honoribus trans-
 lata in questum & senerationem, recuperata est
 multu post annis. * qua ciuitati est facta iniuria? at
 molestè fert ciuitas (credo: amissum est enim præter
 spem, quod et at spe deuoratum lucrum. at queritur.
 impudenter facit: non enim omnia qua dolemus,
 eodem iure queri possumus. at acusat verbis grauis-
 simis, non ciuitas, sed imperiti homines à Meandrio
 concitati. quo loco etiam atque etiam facite vt re-
 cordemini, qua sit temeritas multitudinis, qua leui-
 tas propria Græcorū, quid in concione seditiosa va-
 leat oratio. hic in hac grauißima & moderatissima
 ciuitate, cum est forum plenum iudiciorum, plenum
 magistratum, plenum optimorum virorum & ci-
 uium, cum specularetur atq; obsidet Rostra, vindex
 temeritatis & moderatrix officij, curia: tamen
 quantos fluctus excitari concionum videtis? quid
 vos fieri censeatis Trallibus? an id, quod Pergami? nisi
 fortè hæc ciuitates existimari volunt, facilius vna se
 epistola Mitridatu moueri impelligi potuisse, vt a-
 micitiam populi Rom. fidem suam, iura omnia of-
 ficij, humanitatūq; violarent, quam vt filium testi-
 monio lederent, cuius patrem armis pellendum à
 suis mœnibus censuissent. * quare nolite mihi ista
 nomina ciuitatum nobilium opponere: quos enim
 hostes hac familia contempsit, nunquam eosdem te-
 stes pertimescet. vobis autem est confitendum, si con-
 silijs principum, vestra ciuitates reguntur, non mul-
 titudinis temeritate, sed optimatum consilio, bellum

57

58

ab

ORATIO

ab istis ciuitatibus cum populo Ro. esse susceptum: sit
 ille tum motus est temeritate imperitorum excita-
 tus, patiamini me delicta vulgi à publica caussa se-
 parare, at enim istam pecuniam huic capere non li-
 cuit. * **59** virum vultis, patri Flacci licuisse necne? si
 licuit, si, uti certè licuit: ad eius honores collatam, ex
 quibus ipse nihil capiebat, patri pe. uniam re-
 tē abstulit filius, si non licuit, tamen, illo mortuo
 non modò filius, sed quius hæres rectissime potuit
 auferre. ac tum quidē Tralliani, cum ipsi grauisæ-
 nore, istam pecuniam multos annos occupauissent à
 Flacco tamen omnia, que voluerunt, impetrauerūt:
 neque tam fuerunt impudentes, vt id, quod
 Lælius dixit, dicere auderent, hanc eis pecuniam
 abstulisse Mithridatem? quis enim erat, qui non
 sciret in ornandis studiosiorem Mithridatem, quam
 in spoliandis Trallianis fuisse? * **60** quos quidem à me
 si, vt dicenda sunt, dicerentur, grauis agerem, iu-
 dices, quam adhuc egi, quantum Asiaticis testibus
 fidem habere vos conueniret: reuocarem animos
 vestros ad Mitridatici belli memoriam, ad illam
 vniuersorum ciuium Ro. per tot vrbes vno puncto
 temporu, miseram crudelemque eadem: prætore no-
 stros deditos, legatos in vincula coniectos, nomi-
 nis propè Romani memoriam cum vestigio imperij,
 non modò ex adibus Græcorum, verùm etiam ex
 literis esse deletam. Mithridatem deum, illum pa-
 trem, illum conseruatorem Asia, illum Dionysium,
 Bacchum, Liberum nominabant. * **61** vnum atq; idem
 erat tempus, cum L. Flacco consuli portas tot à Asia
 clam-

PRO L. FLACCO.

elandebat: Cappadocem autem illum non modò res-
 cipiebat suis vrbibus, verùm etiam vltro vocabat.
 liceat hæc nobis, si obliuisci non possumus, at ta-
 cere. liceat mihi potius de leuitate Græcorum que-
 ri, quàm de crudelitate. auctoritatem isti habeant
 apud eos, quos esse omnino noluerunt? nam, quos-
 cunque potuerunt togatos, interemerunt: nomen
 ciuium Romanorum quantum in ipsis fuit, sustu-
 lerunt. in hac igitur vrbe se iactent, quam oderunt
 apud eos, quos inuiti vident? in ea resp. ad quam op-
 primendam non animus eis, sed vires defuerunt. as-
 piciant hunc florem legatorum laudatorumq; Flac-
 ci ex vera, atque integra Græcia: tum se ipsi expen-
 dant, tum cum his comparent tum si audebunt,
 dignitati horum, opponant suam. * adsunt Athe-
 nienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges,
 iura, leges orta, atque in omnes terras distributa pu-
 rantur: de quorum vrbis possessione, propter pulchri-
 tudinem, et iam inter deos certamen fuisse proditum
 est: quæ veritate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues ge-
 nuisse dicatur, & eorum eadem terra parens, altrix,
 patria dicatur: auctoritate autem tanta est: vt iam
 fractum propè, ac debilitatum Græcia nomen, hu-
 ius vrbis laude nitatur. adsunt Lacedæmonij: ca-
 sius ciuitatis spectata ac nobilitata virius non so-
 lum natura corroborata, verum etiam disciplina
 putatur: qui soli toto orbe terrarum septingentos
 iam annos amplius vnus moribus, & nunquam
 mutatis legibus viuunt. * adsunt ex Achaia cuncta,
 omni' si legati, Bæotia, Thessalia: quibus locis nu-
 per

62

63

per

ORATIO

per legatus L. Flaccus imperatore Metello profuit.
 neque verò te Mafilia, prætereò, qua L. Flaccum
 militem, quaestoremq; cognosti: cuius ego civitatis
 disciplinam atque gravitatem non solum Græciæ,
 sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam in-
 re dicam, qua, tam procul à Græcorum omnium re-
 gionibus, disciplinis, linguaq; diuisa, cum in vltimis
 terris, cincta Gallorum gentibus; barbaria suæcibus
 alluatur, sic optimatum consilio gubernatur, vt om-
 nes eius instituta laudare facilius possint, quam
 64 amulari. * hisce vtitur laudatoribus Flaccus, his
 innocentia testibus, vt Græcorum cupiditati, Græco-
 rum auxilio resistamus. quanquam quis ignorat,
 qui modò vnquam mediocriter res istas seve cura-
 uit, quin tria Græcorum genera sint verè? quorum
 vni sunt Athenienses, qua gens Ionum habebatur:
 Acoles alteri; Doies idèq; nominabantur. atque
 hæc cuncta Græcia, qua fama, qua gloria, qua doctri-
 na, qua plurimis artibus; qua etiã imperio & bel-
 lica laude floruit, paruum quendam locum, vt scitis,
 Europa tenet, semperq; tenuit: Asia maritimam o-
 rã bello superatam cinxit vrbibus, non vt muniam
 colonijs illam augeter gentem, sed vr obsessam tene-
 ret: * quamobrem quaso à vobis Asiatici testes, vt,
 65 cum verè recordari voletis, quantum auctoritatis
 in iudicium afferatis, vosmetipsi describatis Asiam,
 nec, quid aliemgenæ de vobis loqui soleant; sed quid
 vosmetipsi de genere vestro statuat, meminertis.
 namq;, vt opinor, Asia vestra constat ex Phrygia,
 Mysia, Caria, Lydia. vtrum igitur nostrum est, an
 vestrum

PRO L. FLACCO.

vestrum hoc vetus prouerbiū, Phrygem plagis fieri
solere meliorem? quid de tota Caria? nonne hoc
vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo ex-
periri velis, in Caria id potissimum esse faciendum?
quid porrò in Graco sermone tam tritum, atque
celebratum est, quàm si quis despiciatui ducitur, ut
Mysorum vltimus esse dicatur? nam quid ego dicam
de Lydia? quis vnquam Gracus comediam scrip-
sit, in qua seruus primarum partium non Lydus
esset? quamobrem qua vobis sit iniuria, si statui-
mus vestro nobis iudicio standum esse de vobis? e-
quidem mihi iam satis superque dixisse videor de
Asiatico genere testum: sed tamen vestrum est,
iudices, omnia, qua dici possunt in hominum leui-
tatem, inconstantiam, cupiditatem, etiamsi à me
minus dicuntur, vestris animis & cogitatione com-
prehendere. Sequitur auri illa inuidia Iudaici. hoc
nimirum est illud, quod non longè à gradibus Au-
relis hac causa dicitur. ob hoc crimen hic locus
abste, Lali, atque illa turba quaesita est. scū, quan-
ta sit manus, quanta concordia, quantum valeat
in concionibus, summissa voce agam, tantum ut
iudices audiant: neque enim desunt, qui istos in me
atque optimum quenque incitent: quos ego, quò id
facilius faciant, non adiuuabo.* cum aurum Iuda-
orum nomine, quotannis ex Italia & ex omnibus
vestris prouincijs, Hierosolymam exportari soleret,
Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret.
quis est, iudices, qui hoc non verè laudare possit?

66

67

Z export-

ORATIO

- exportari aurum non oportere, cum sapè ante a senatus, tum me consule grauisime iudicauit. huic autem barbara superstitioni resistere, seueritatis multitudinem Iudeorum flagrantem, nonnunquam in concionibus pro rep. contemnere, grauitatis summa fuit. at Cn. Pompeius, captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil attingit. * in primis hoc, ut multa alia sapienter, in tam suspiciosa ac maledicta ciuitate locum sermoni obrectatorum non reliquit: non enim credo religionem & Iudeorum, & hostiū impedimento praestantissimo imperatori, sed pudorem fuisse. vbi ergo crimen est? quoniam quidem furtum nusquam reprehendis edictum probas, iudicatum fateris, questum & probatum palā non negas, actum esse per viros primarios res ipsa declarat. Apamea manifestè comprehensum, ante pedes praetoris in foro expensum est, auri pondo centum, paulo minus per Sex. Caesum, equitem R. castissimū bominē, atque integerrimum: Laodicea viginti pondo paulo amplius per hunc ipsum L. Peduceum, iudicem nostrum: Adramitij per Cn. Domitium legatum. * Pergami non multum auri ratio constat: aurum in avario est: furtum non reprehenditur inuidia: quaritur, à iudicibus eratio auertitur, vox in coronam turbamque effunditur. sua cuique ciuitati religio, Lati, est, nostra nobis. stantibus Hierosolymis, pacatissime Iudaeis, tamen istorū religio sacrorū, à splendore huius imperij grauitate nominis nostri, maiorū institutis abhorrebat: nunc vero hoc magis, quod illa

PRO L. FLACCO.

illa gens quid de imperio nostro sentiret, ostendit
 arnis: quam chara dñs immortalibus esset docuit,
 quod est victa, quod elocata, quod seruata. * quam- 70
 obrem quoniam, quod crimen esse voluisti, id totum
 vides in laudem esse conuersum, veniamus iam ad
 ciuium Rom. querelas, ex quibus sit sanè prima De-
 ciani. Quid tibi tandem Deciane iniuria factum
 est? negotiarius in libera ciuitate, primùm pater
 me esse curiosum: quousque negotiaberis? praesertim
 cum sis isto loco natus, annos iam triginta in foro
 versaris, sed tamen Pergameno, longo interuallo, si
 quando tibi peregrinari commodum est, Romam ad-
 uenis: afferis faciem nouam, nomen vetus, purpuram
 Tyriam. in qua tibi in uideo, quod vnus uestimentis
 tandiu lautus es. * verum esto, negotiari liber: cur 71
 Pergam? non Smyrna, Trallibus? ubi & multi ci-
 ues R. sunt, & ius à nostro magistratu dicitur? o-
 tium te delectat: lites, turba, praetor odiosi: Graeco-
 rum libertate gaudes. cur ergo vnus tu Apolloniden-
 ses, amantissimos populi R. fidelissimosq; socios, mi-
 seriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pa-
 ter tuus habuerit vnquam? cur his per te frui liberta-
 te sua, cur denique esse liberis non licet? homines sunt
 tota ex Asia frugalissimi, sanctissimi, à Graecorum
 luxuria & lenitate remotissimi. patres familias suo
 contenti, aratores rusticani: agros habent & natu-
 ra per bonos, & diligètia culturaq; meliores: in his-
 ce agris tu pradia habere voluisti. omnino mallem,
 & magis erat tuum, si iam te crassis agri delectabant,

ORATIO

- 72 hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parād
 uisses.* verum esto: Catonis est dictum pedibus com-
 pensari pecuniam longè omnino à Tyberi ad C. Cicū:
 quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu er-
 rasset, nisi duce[m] Tel. phum inuenisset, sed concedo
 id quoque: placuit oppidum: regio delectauit: e-
 misses. Amyntas est genere, honore, existimatione,
 pecuniâ princeps illius ciuitatis: huius socrum, mu-
 lierem imbecilli consiliy, satis locupletem, pellexit
 Decianus ad sese: & cum illa, quid ageretur, nes-
 cirat, in possessione pradiorum eius, familiam suam
 collocauit. vxorem abduxit ab Amynta pragnan-
 tem, qua peperit apud Decianum filiam, hodieque
 73 apud Decianum est & vxor Amynta, & filia.
 nūm quid barum rerum à me firgitur Decianet
 sciunt hac omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt
 denique nostri homines, sciunt mediocres negotia-
 tores. exurge Amynta, repete à Deciano non pecu-
 niam, non pradia: socrum denique sibi habeat, resti-
 tuat vxorem, reddat misero patri filiam: nam
 membra qua debilitauit lapidibus, fustibus, ferro:
 manus, quas contudit: digitos, quos confregit: ner-
 uos, quos concidit, restituere non potest: filiam, fili-
 am, inquam, arumoso patri, Deciane, redde. + hac
 74 Flacco te non probasse mirariū cui queso tandē pro-
 basti? en priores falsas, pradiorum proscriptioes,
 cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti,
 tutor his rebus Gracorum legibus ascribendus fuit,
 Ptoleocratē scripsisti, mercenarium & admi-
 nistrum

PRO L. FLACCO.

gistrum consiliorum tuorum. adductus est in iudicium Ptoleocrates de dolo malo, & de fraude à Dione, huius ipsius tutela nomine. qui concursus ex oppidū finitimis vndique? qui dolor animarum? qua querela? condemnatus est Ptoleocrates sententijs omnibus, irrita venditiones, irrita proscriptiones, non restitua: defers ad Pergamēnos, vt illi reciperent in suas literas publicas praclaras proscriptiones, & emptiones tuas. repudiant, reſciunt: at qui homines? Pergamēni laudatores tui. ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem maiorum tuorum afsecutus esses & hoc te superiorem putabas esse, quā Laliū, quod te ciuitas Pergamēna laudaret. num honestior est ciuitas Pergamēna quā Smyrna? at ne ipsi quidem dicunt. * vellem tantum habere oſſi, vt possem recitare psephismata Smyrnaeorum, qua fecerunt in Castritium mortuum: primū vt in oppidum introferretur: quod alijs non conceditur: deinde vt ferrent epheli: postremū vt imponeretur aurea corona mortuo. haec P. Scipioni, clarissimo viro, cū esset Pergamēni mortuus, facta non sunt. at Castritium, quibus verbis, dī immortalis, decus patria, ornamentum populi Romani, florem iuuentutis appellant. quare Deciane, si cupidus es gloria, alia ornamenta conſeſo queras. * Pergamēni te deriserunt. quid? tui ludi te non intelligebas? cū tibi haec verba recitabant, clarissimum virum, praestantissimā sapientia,

ORATIO

via, singulari ingenio: mihi crede, ludebant: cum
 vero coronam auream literis imponebant: re vera
 non plus aurum tibi, quam monedula committe-
 bant: ne tum quidem hominum verustatem & sa-
 cetias perspicere potuisti? isti igitur, isti Pergame-
 ni percriptiones, quas tu asserebas, repudiauer-
 runt. P. Orbis, homo & prudens & innocens, con-
 tra te omnia decreuit. in P. Globulum, meum ne-
 cessarium, fuisti gratiosior. utinam neque ipsum,
 neque me poeniteret: Flaccum incuria decreuissent.

97 * veridicas adiungis causas inimi. iniarum, quod pa-
 tri L. Flacci adili curuli, pater tuus tribunus pl. die
 dixerit. at istud nec ipsi quidem patri Flacci valde
 molestū esse debuit: praesertim cum ille, cui dies di-
 cta est, praetor postea factus sit, & consul: ille, qui die
 dixit, non potuerit priuatus in ciuitate consistere.
 sed, si iustas inimicitias putabas, cur, cum tribunus
 militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti,
 cum tibi per leges militares, effugere liceret ini-
 quitatem tribuni? cur aut praetor te inimicum pa-
 ternum in consilium vocauit? quae quidem quam
 sancte solita sint obseruari, scitis omnes. * nunc ac-
 cusamur ab ijs, qui in cōsilio nobis fauerunt. decre-
 uit Flaccus. num aliud, atque oportuit? in liberos:
 num aliter, ac cēsuis senatus? in absentem decreuit.
 cum ibidem esses, cum prodire nolles. non est hoc in
 absentem reum, SENATVS CONSVLTVM, ET
 DECRETVM FLACCI. quid, si non decreuisset, sed
 edixisset, qui posset verē reprehendere: num etiam
 fratru

PRO L. FLACCO.

fratru mei literas, plenissimas humanitatis & a-
 quitatis, reprehensusus es? quas easdem mulieres à
 me datas apud Pateranos requisivit. Recita literas
 Qu. Ciceroni.

LITTERAE Q. CICERONIS,

“ quid? haec Apollonidenses, occasione facta, ad Flac- 79
 cum non detulerunt? apud Orbium acta sunt? ad
 Globulum delata non sunt? ad senatum nostrum me
 consule, nō me legati Apollonidēses, omnia postula-
 ta de iniurijs vnius Deciani, detulerunt? ad haec, pra-
 dia etiam in censu dedicauisti. mitto, quod aliena:
 mitto quod poss. ssa per vim: mitto, quodd coniuncta
 ab Apollonidensibus: mitto quod à Pergamenis repu-
 diata: mitto etiam, quod à nostris magistratibus in-
 tegrum restituta: mitto, quodd nullo in iure, neque
 in re, neque possessione tua: * illud quero, sint ne ista 80
 praedia censui censendo? habeant ius civile? sint nec-
 ne sint, mancipi? subsignari apud aerarium, apud
 censorem possint? in qua tribu denique ista praedia
 censuisti? commisiisti, si tempus aliquod grauius ac-
 cidisset, vt ex iisdem praedijs, & Apollonia, & Roma
 imperatum esset tributum, verum esto: gloriosus fu-
 isti: voluisti magnum agri modum censerī, &
 eius agri, qui diuidi plebi Romana non potest, cen-
 sus es praeterea numerata pecunia centum trigin-
 ta H. S. millia, eam opinor tibi numeratam non esse
 abste: sed haec omitto. census es mancipia Amynta,
 ta, neque huic vllam in eo fecisti iniuriam:
 Z 4 possi-

ORATIO

possidet enim ea municipia Amyntas. ac primò quò-
dem pertimuit, ùm te audisset seruos suos esse cen-
sum, retulit ad iuriconsultos, constabat inter om-
nes, si aliena censendo Decianus sua facere posset,
eum maxima habiturum esse.

Desunt nonnulla.

- 81 * Habetis causam inimicitiarum, qua causa inflā-
matus Decianus, ad Lelium detulerit hanc opi-
mam accusationem. nam ita questus est Lelius, cum
de perfidia Deciani diceret. Qui mihi auctor fuit,
qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus: u-
ā Flacco corruptus est, is me deseruit, ac prodidit. sic-
cine tu auctor tandem eum, cui tu in consilio fuisses,
apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuis-
ses, prudentissimum hominem, nobilissimam familia na-
tum, optimè de rebus meritum, in discrimen omni-
um fortunarum vocauisti? scilicet defendā Decia-
num, qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit.
- 82 * nō est, mihi crede, corruptus. quid enim fuit, quod
ab eo redimeretur: ut duceret iudiciū: cui sex horis
omnino lex dedit. quantum tandem ex his horis de-
traheret, si tibi morem gerere voluisset: nimirum il-
lud est, quod ipse suspicatur, inuidisti ingenio sub-
scriptoris tui. quod ornabat facile locum, quem pre-
henderat, & acutè testes interrogabat, aut circum-
ueniebat (fortasse fecisti, & tu & populi sermo, ne
exciperes) iccirco Decianū vsque ad coronam appli-
cuisi. Sed ut hoc verisimile est, ita haud verisimile
Decianum

PRO L. FLACCO.

Decianū à Flacco esse corruptiū * ita scitote iudices ⁸³
 esse cetera: vel quod ait Luceius L. Flaccum sibi dare
 cupisse, vi à fide se abduceret sestertium vities. Et eū
 tu accusas auaritia, quē dicis sestertiū vities voluisse
 perdere? nā quid emebat, cū te emebat? ut ad se trā-
 sires? quā partē causa tibi darem? an vi enuncia-
 res consilia Lalij? qui testes ab eo prodirent? quā nos
 non videamus habitare vnā? quis hoc nescit? tabu-
 las in Lalij potestate fuisse, non dubium est. an, ne
 vehementer, ne copiosè accusares? nunc facis suspici-
 onē: ita enim dixisti, ut nescio quid abs te impetra-
 tū esse videatur. * At enim Anronio Sestilio grauis ⁸⁴
 iniuria facta est, Et non ferēda, quōd, cū esset vxor
 eius Valeria intestata mortua, sic egit eārem Flac-
 cus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. in quo quid
 reprehēdas, scire capio: quōd falsum intenderit? qui
 doces? ingenua, inquit, fui: o peritum iuru homi-
 nem. quid? ab ingenuis mulieribus hereditates lege
 non veniunt? in manum, inquit, conuenerat, nunc
 audio: sed quero, vtrum vsu, an coemptione. vsu
 non potuit: nihil enim potest de tutela legitima sine
 omnium tutorum auctoritate diminui. coemptione
 omnibus ergo auctoribus: in quibus certē ⁸⁵
 Flaccum fuisse non dices. * Relinquitur illud, quod
 vociferari non desistit non debuisse, cum prator esset,
 suum negotium agere, aut mentionem facere he-
 reditatis. maximas audio tibi, L. Luculle, qui de L.
 Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia libe-
 ralitate, maximisq; beneficijs, in tuos venisse he-
 reditates, cūm Asiam prouinciam consulari imperio

ORATIO

obtineres. si quis eas suas esse dixisset, concessisse? tu
 Tite Veſti, si qua tibi in Africa venerit hereditas,
 vsu anites? an tuum, nulla auaritia, salua digni-
 tate retinebis? at istius hereditatis, iam Globulo pre-
 tore, Flacci nomine petita possessio est. non igitur im-
 pressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperi-
 um, non secures ad iniuriam faciendam Flacci ani-
 mum impulerunt. * itaq; eodem etiam M. Lurco, vir
 optimus, meus familiaris, conuertit aculeum testi-
 monij sui: negauit, à priuato pecuniam in prouincia
 pratorum petere oportere, cur tandem M. Lurco, non
 oportet è eripere, extorquere, accipere contra leges
 non oportet: petere non oportere, nunquam offen-
 des, nisi docueris non licere. an legationes sumere li-
 beras exigendi causa, sicut & tu ipse nuper, & multi
 viri boni sapè fecerunt, rectum est. quod ego non re-
 prehendo, socios video queri: pratorum si hereditatè
 in prouincia non reliquerit, non solum reprehenden-
 dum, verum etiam condemnandum putas? doti, in-
 quit, Valeria pecuniam omnem suam dixerat. nihil
 istorum explicari potest, nisi ostenderit, illam in tu-
 tela Flacci non fuisse. si fuit: quacumq; sine hoc au-
 dore est dicta dos, nulla est. * sed tamen Lurconem,
 quanquam pro sua dignitate moderatus est in testi-
 monio dicendo religioni sua, tamen ratum Flacco
 esse vidistis. neq; enim occultauit causam iracundia
 sua, neque reticendam putauit. questus est libertum
 suum à Flacco pratore esse damnatum. ò cõditiones
 miseræ administrandarum prouinciarum, in quib.
 diligentia plena simulatum est, negligentia virtu-
 pe-

PRO L. FLACCO

perationum: ubi seueritas periculosa est, liberalitas
 ingrata, sermo infidiosus, absentatio perniciose, frons
 omnium familiaris, multorum animus iratus: iracundia
 occulta, blanditias aperta: venientes praetores
 expectant, praesentibus inserviunt, abeuntes de-
 serunt. sed omittamus querelas, ne nostrum consilium
 omittendis provincijs laudare videamur. * Literas 88
 in. sit de villa P. Septimij, hominis ornati, qui villi-
 cus caedem fecerat. Septimium ardentem iracundia
 videre potuisti: in Lurconi libertum iudicium ex
 edicto dedit. hostis est Lurco, quid igitur? hominum
 gratiosorum, splendorumq; libertis fuit Asia tra-
 denda? an similitates nescio quas cum libertis vestris
 Flaccus exercuit? an vobis in vestris vestrorumque
 causis seueritas odio est, eandem laudatis cum de nobis
 iudicatis? At iste Andro, spoliatus bonis, ut dicitis,
 ad dicendum testimonium non venit. quid, si veniat? le-
 cisionis arbiter C. Calius fuit, quo splendore vir, qua
 fide, qua religione? obsignator C. Sextilius, Lurconi
 sororis filius, homo & pudens, & costans, & grauis.
 si vis erat, si fraus, si metus, si circumscriptio: quis
 pacationem fieri, qui adesse istos coegit? * quid, si ista 89
 omnis pecunia huic adolescentulo L. Flacco reddita
 est? si petita? si redacta? si per hunc Antiochum, paternum
 huius adolescentis libertum, seni illi Flacco probatis-
 simum? videmur ne non solum auaritia crimen effuge-
 re, sed etiam liberalitatis laudem assequi singula-
 rem? communem enim hereditatem, qua aequaliter
 ad utrumque lege venisset, concessit adolescenti, pro-
 pinquo

ORATIO

pinquo suo. nihil ipse arrigit de Valerianis bonis: quod statuerat facere, adductus huius pudore, & nō amplissimis patrimoniij copijs, id non solum fecit, sed etiam prolixè cumulateq; fecit. ex quo intelligi debet eum contra leges pecunias non cepisse, qui tam

90 fuerit in hereditate concedenda liberalis. * At Falcidianum crimen ingens, talenta quinquaginta sese Flacco dicit dedisse. audiamus hominem; non adest, quomodo igitur dicitur epistolam mater eius profert, & alteram soror. scriptum ad se dicunt esse, ab illo tantam pecuniam Flacco datam: ergo is, qui si arā tenens iuraret, crederet nemo: per epistolam, quod volet, iniuratus probabit? at qui vir? quā non amicus suis civibus? qui patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Gracorum conuiuijs maluit dissipare. * quid attinuit relinquere hanc urbem? libertate tam præclara carere? adire periculum nauigandi? quasi bona comesse Roma nō liceret, nunc deniq; matercula sue festiui filius, amnicule minime suspiciosa, purgat se per epistolam, ut eam pecuniam, quam confecerat, non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur. at fructus isti Tral-lionorum Globulo præcore venerant: Falcidius emerat H- S nongentis millibus. si dat tantam pecuniam Flacco, nēpè iccirco dat, ut rata sit emptio: emit igitur aliquid, quod certè multò plurius esset, dat de lucro, nihil detrahit de viuo: minus igitur lucrificat. * cur Albanum venire iubet? cur marii præterea blanditur? cur epistolis & sororis, & matris imbecillitatem aucupatur? postremò cur non

au-

PRO L. FLACCO.

audimus ipsam? et inquitur, credo, in provincia. ma-
 ter negat. venisset, inquit, si esset denunciatum. tu
 certe coegisses, si vllum firmamentum in illo t. te po-
 suisses; sed hominem à negotio abducere noluit:
 magnum erat ei certamen propositum, magna cum
 Græcis contentio: qui tamen, vt opinor, iacent v. c. t. i.
 nam iste vnus totam Asiam magnitudine poculo-
 rum, bibendoque superauit. sed tamen qui tibi, Lali,
 de epistolis istis induit? mulieres negant se si. ire.
 quis? ipse? gatur ille tibi, se ad matrem, & so-
 rorem scripsisse, narrauit? an etiam scripsit rogatu
 tu? * at verò M. Aebutum, constantissimum, & 93
 prudentissimum hominem, Falcidij affinem, nihil
 interroga? nihil eius generum, pari fide præditum, C.
 Manium? qui profectò de tanta pecunia, si esset da-
 ta, nihil audisse non posset. huius tu igitur epistolis, De-
 ciane, recitatis, huius mulierculis productis, illo absen-
 te auctore laudato, tantum te crimen probaturum
 putas? præsertim cum ipse, non deducendo Falcidi-
 um, iudicium feceris, plus falsam epistolam habituram
 ponderis, quam ipsius præsentis fictam vocem, &
 simulatum dolorè. * Sed quid ego de epistolis Falci- 94
 dij, aut de Androne Sexilio, aut de Deciani censu
 tandi disputo? postremò de salute omnium nostrù,
 de fortunis ciuitatis, de summa reipub. taceo? quam
 vos vniuersam in hoc iudicio vestris humeris,
 vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis. vide-
 tus, in quo motu temporum, quanta in conuersione
 rerum ac perturbatione versemur. cum alia multa
 certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur, vt
 vestra

ORATIO

vestra quoque mentes, vestra iudicia, vestra sententia
optimo cuique infestissima atque inimicis ma-
riantur. graua iudicia pro resp. dignitate, multa
de coniatorum scelere fecistis. non putant satis
conuersam esse remp. nisi in eandem impiorum pœ-
nam optimè meritos ciues detruserint. * oppressus

95 est C. Antonius, esto: habuit quandam ille infamiam
suam: neque tamen ille ipse, pro meo iure dico, vobis
iudicibus damnatus esset: cuius dan natione sepul-
crum L. Catilina floribus ornatum, hominum au-
dacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu
epulisque celebratum est. iusta Catilina facta sunt:
nunc à Flacco Lentuli pœna per vos expetuntur, quã
potestis P. Lentulo, qui vos in complexu libenorum
coniungumque vestrarum trucidatos incendio patrie
sepelire conatus est, mactare victimã gratiorẽ, quã

96 si L. Flacci sanguine illius nefarium in nos omnes o-
dium saturaueritis? * itemus igitur Lentulo paren-
temus Cethego, reuocemus eiectos: nimia peratis,
& summi amoris in patriam vicissim nos pœnas;
si ita dijs placet, sufferamus. nos iam ab iudicibus
nominamur, in nos crimina finguntur, nobis peri-
cula comparantur. qua si per alios agerent: si deni-
que per populi nomen ciuium imperitorum multi-
tudinẽ concitassent: equiore animo ferre possessus:
illud verò ferri non potest, quod per senatores, & per
equites R. qui hec omnia pro salute omnium com-
muni consilio, vna mente atque virtute gesserunt,
harum rerum auctores, duces, principes spoliari om-
nibus fortunis, ac de ciuitate expelli posse arbi-
trantur

PRO L. FLACCO.

trantur. etenim populi R. perspicunt eam mentem,
 & voluntatem omnibus rebus, quibus potest, populus
 R. significat, quid sentiat: nulla varietas est inter
 homines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermo-
 nis.* quare, si quis illuc me vocat, venio: populum 57
 R. disceptatorem non modò non recuso, sed etiam
 depono, vis absit, ferrum ac lapides remoueantur,
 opera faceant, seruitia fileant: nemo erit tam iniu-
 stus, qui me audierit, sit modò liber & ciuis, quis
 potius de præmijs meis, quàm de pœna, cogit andnm
 putet. ô dñj immortales, quid hoc miserum? nos, qui
 P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extor-
 simus, imperita multitudinis iudicio confidimus, le-
 tissimum ciuicum, & amplissimorum sententias
 pertimescimus.* M. Aquilium patres nostri, multis 58
 auaritia criminibus, testimonijsq; conuictum, qui
 cum fugitiuis fortiter bellam gesserat, iudicio libe-
 rarunt, consul ego nuper defendi C. Pisonem: qui
 quia consul fortis constansque fuerat, incolumis est
 re publica conseruatus. defendi item consul L. Mu-
 ranam consulem designatum: nemo illorum iudi-
 cum, clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi
 de ambitu putauit: cum bellum iam gerente Cati-
 lina, omnes me auctore duos consules Kalendis Ie-
 nuarj scirent esse oportere. innocens & bonus vir,
 & omnibus rebus ornatus, bis hoc anno me defende-
 nte absolutus est A. Therminus. quanta reip. causa
 lætitia populi R. quanta gratulatio consecuta est?
 semper graues & sapientes iudices in rebus iudicã-
 dis, quid utilitas ciuitatis, quid communis salus,
 quid

ORATIO

99 quid reip. tempora posceret, cogitauerunt. * cum tabella vobis dabitur, iudices, non de Flacco dabitur solum, dabitur de duobus auctoribusque conseruanda ciuitatis, dabitur de omnibus bonis ciuibus, dabitur de vobis inetipsis, dabitur de liberis vestris, de vita, de patria, de salute communi: non iudicatis in hac caussa de exteris nationibus, non de socijs: de

100 vobis ac vestra repub. iudicatis. * Quod si prouinciarum vos ratio magis mouet, quam vestra: ego vero non modo non recuso, sed etiam postulo, vi prouinciarum auctoritate moreamini: etenim opponemus Asia prouincia primum magnam partem eiusdem prouinciae, qua pro huius periculis legatos laudatoresque misit: deinde prouinciam Galliam, prouinciam Ciliciam, prouinciam Hispaniam, prouinciam Cretam, Graeciam autem, Lydis, & Phrygijs, & Mythis, obissent Masilienses, Rhodij, Lacedaemonij, Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Boetia, Septimio & Calio testibus, P. Seruilius & Q. Metellus, huius pudoris integritatisque testes repugnabunt. Asiatice iurisdictioni urbana iurisdictioni restituetur. annui temporis crimationem omnis aetas L. Flacci, & perpetua vita defendet. * & si prodesse L. Flacco, iudices, debet, quod se tribunum militum, quod quaestorem, quod legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, prouincijs grauisimis dignum suis maioribus praesitit: proficit, quod hic vobis videntibus, in periculis communibus omnium vestrum sua pericula cum meis coniunxit: proficit honestissimorum municipiorum, coloniarumque laudatio

PRO L. FLACCO.

orationes: pro fit etiam senatus, populiq̄ Rom. præ-
 clara & vera laudatio. * ò nox illa que penè eternas 102
 huic vrbi tenebras attulisti, cum Galli ad bellum,
 Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum, & flam-
 mam vocabantur, cum ego te, Flacce, cælum nõ.
 temque contestans, flens flentem obtestabar: cum
 tua fidei optima & spectatissima salutem vrbi &
 ciuium commendabam. tu, Flacce prator, communis
 exitij nuncios cepisti: tu inclusam in literis reip. pe-
 stem deprehendisti: tu periculorum incidia, tu salu-
 tis auxilia ad me, & ad senatum attulisti, qua ti-
 bi tum gratia à me sunt acta? qua à senatu? qua à
 bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pontinio, fortissimo
 viro, quenquam bonum puraret vnquam non sa-
 lutem, verum honorem vllum denegaturum? ò
 nona illa Decembres, qua me consule fuisti? quem
 ego diem verè natalem huius vrbi, aut certè salu-
 rarem appellare possum. * ò nox illa, quam iste est 103
 dies consecutus, fausta huic vrbi: miserum me, me-
 tuo ne funesta nobis, qui tum animus L. Flaccij (ni-
 hil dicam enim de me) qui amor in patriam? qua
 virtus? qua grauitas exitiij? sed quid ea comme-
 moro, qua tam, cum agebantur, vno consensu om-
 nium, vna voce populi Romani, vno orbis terra
 testimonio in cælum laudibus efferebantur? nunc
 vereor, ne non modò non prosint, verum etiam ali-
 quid obsint. etenim multò acriorem improborum
 interdum memoriam esse sentio, quam honorum.
 ego te, si quid grauius acciderit, ego te, inquam,
 Flacce, perdidero. mea dextra illa, mea fides, mea

ORATIO

promissa, cum te, si rempublicam conseruarem, omnium bonorum prasidio, quoad uiueres, non modo munitum, sed etiam ornatam fore pollicebar, putau, sperau, etiamsi honos noster nobis uilior fuisset, salutem certe earam futuram. * ad L. Flaccum quidem, iudices, si (quod dij immortales omen auertant) grauis iniuria affligerit, nunquam tamen prospexisse uestra saluti, consuluisse uobis, liberis, coniugibus, fortunis uestris, prenitebit: semper ita sentiet, talem se animum & generis dignitati, & pietati sua, & patria debuisse: uos ne preniteat tali ciui non pepercisse, per deos immortales, iudices, prouidete. quotus enim quisque est, qui hanc in rep. sectam sequatur? qui uobis, qui uestri similibus placere cupiat? qui optimi atque amplissimi cuiusque hominis, atque ordinis auctoritatem magnum putet? illam uiam sibi uident expeditiorem ad honores, & ad omnia, qua concupierunt. sed cetera sint eorum: sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates. * liceat ijs, qui hac salua esse uoluerunt, ipsis esse saluis. nolite, iudices, existimare eos, quibus integrum est, qui nondum ad honores acceperunt, non expectare huius exitum iudicij: si L. Flacco tantus amor in bonos omnes, tantum in rep. studium calamitati fuerit, quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam uiam uita, quam ante precipitem & lubricam esse ducebat, huic plana & stabili praponendam esse arbitreretur? quodd si talium ciuium uos iudices, te-

PRO L. FLACCO.

det, ostendite: mutabunt sententiam, qui potue-
runt: constituent quid agant, quibus integrum est:
nos qui iam progressi sumus, hunc exitum nostra
temeritatis feremus. sin hoc animo quam plurimos
esse vultis, declarabitur hoc iudicio, quid sentiat. * 106
huic, huic misero puero, vestro ac liberorum ve-
strorum supplici, iudices, hoc iudicio vivendi præ-
cepta dabit. cui si patrem conseruatis, qualis ipse
debeat esse ciuis; præscribetis: sin eripitis, osten-
detis bonæ rationi, & constanti, & graui, nullum
à nobis fructum esse propositum: qui vos, quoniam
est id ætatis, vt sensum iam percipere possit ex
mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre pos-
sit, orat, ne suum luctum patris lacrymis, patris
mœrorem suo fletu augeatis: qui etiam me in-
ruetur, me vultu appellat, meam quodammodo
fidei implorat, ac repetit eam, quam ego
patri suo quondam pro salute patriæ sponderim
dignitatem. miseremini familia, iudices, misere-
mini fortissimi patris, miseremini filij: nomen
clarissimum, & fortissimum, vel gene-
rũ, vel vetustatis, vel hominis
caussa reip. reser-
uare.